



ORDINARIA
RELATIONIS
HISTORICO-HEBDOMADARIAE

Continuanda Continuatio, 25. *Januarij*, 1638.

Lugduno Galliarum, 5. Januarij, 1638.

Ex Franciæ etiamnum per omnes regni sui prouincias magnam pecuniæ vim ad continuandum in Italia bellum, à subditis extorquet.

Proximis diebus è Prouincia ad urbem nostram adpulit Comes de Alez, cis de Angolefme filius, qui propediem hinc Marsiliam versus sese forecepturus.

Serenissima vidua Ducissa Sabaudia subditos suos in Montisferrato & edmontio de præstando sibi homagio aut fidelitatis iuramento, per quem Religiosum Ordinis Patrem interpellauit.

Dunkerca, 12. Januarij.

Quoad facta heroica, dignaque, quæ posteritatis consecrantur memoria, quæ quidquam modò occurrit; interceperunt nostri aliquot naues, ex quibus præsumitur facile septuaginta millibus florenorum, tres, vel quatuor uino, alijsque annonæ rebus necessarijs onustæ huc etiam aduectæ sunt, sed quia nihil particulare, quoad virtutem bellicam, in illis capiendis contigit, prætertransio, transmissurus semper fideliter, quidquid calamo dignum occurrerit. Ex classiarijs nostris hodie intelligo, heri regias Fregattas adhuc binas Hollandotum naves cum omni armorum, & alimoniz apparatus, in portum nostrum adduxisse captiuas, vnam magno equorum numero onustam, alteram vino, & cæteris ad vitam sustentandam necessarijs cibarijs instructam, cui Capitaneus Philippus Dauri, Vice-Archithalaffi nomine, præfuit; scribens nunc audio tormenta bellica explodi, sed ciues, militesque impediunt ascensum in montem nostrum, si quid particulare fuerit, proximè perscribam.

Lipsis, 13. Januarij.

Hodie nuncius ex Pomerania venit, referens, Cæsarianos illic rerum feliciter potiri, iamque insulam VVollin hosteripuisse, & tres subsistentes in ea Suecorum peditum, quatuorve equitum turmas internecione deleuisse.

Ex

Mediolano, 6. Ianuarij.

Adpulit ad hanc urbem Illustrissimus & Excellentissimus Catholici Imperatoris Regis Legatus Don Franciscus de Melos, &c. festinanterque abhinc nauem versus dirigit, ad nauigandum in Hispanias.

Illustrissimus regni Neapolitani quondam Praeses Comes de Montetresnavem conscendit, quam verò in partem nauigaturus, adhuc in incerto confirmatur tamen, eum Genuam adpulsum.

Nonnullae cohortes ex exercitu Excellentissimi Ducis & Marchionis diripuerunt pagum Ronchon, iurisdictionis in regione Sabaudiae, & ex eo praedam abduxerunt.

Christianissimi Calliarum Regis Legatus, qui nuper Venetijs discessit, animo affectus est, quod cum Serenissima vidua Ducissa Mantuana nihil aut animi sententia fuerit negotiatus, atque videat, omnium Italiae Principum animos à Gallis plurimum abalienatos esse, ita ut paucissimi Gallorum amplexuri, plerique verò ad Hispanorum partes inclinaturi sint.

Munimentum illud de Lumello, quod nuper ex mandato Marchionis de Regnes duro labore, & immensis pecuniarum expensis constructum est, nostratibus magnas utilitates, Francis verò praesidiarijs in Brema, innumeras diffieultates profert, quandoquidem à Lumelliano Hispanorum praesidio cohibentur, ne in provincia vllas contributiones, aut vllam alium commeatum possint esse. In quambrem multis necessitatibus coacti, ut aliqui eorum lignandi causa essent, omnes ab equitatu Valentiano hostiliter excepti, & trucidatis nonnulli reliqui ad Excellentissimum Marchionem de Leganes captiui perducti sunt qui eis liberum in patriam abitum permisit.

Dictus Excellentissimus Marchio de Leganes in certa parte lacus Maior situit nouum portum, cum ad commodiorem militum transfretationem quotidie ex Germania per eum tractum Heluetiorum in Mediolanensium praeterea proficiscuntur, tum etiam ad faciliores in Piedemontanam regionem tendas excursions; Nam in Statu Mediolanensi ab excellentissimo vigilantissimoque Marchione de Leganes eius provinciae Praeside adeò benè disposita, ac sollemniter praevisa, ut nullum ei à Gallis metuendum sit damnum, immo sperandum, nem belli molem Piedemontij & Sabaudiae regionum incolis incumbitur, et riuntur enim à Francis magnas & quotidianas exactiones, vnde ipsis tantò infesti, ad Hispanorum partes inclinare videntur.

Ex THVRINGIA, 17. Ianuarij.

Ciues Erphordientes futurae obsidionis metu iterum maximopere angustiam quamobrem Suecicarum legionum Praefectus siue Commendans D. Goltz diligentissimè suos aduigilare iussit, & in omnem euentum concretas in urbis foris glacie aquas sub ortum & occasum solis, milites aperire mandauit, ut caligantibus ne hybernantibus Caesarianorum in Thuringiae finibus legionibus omnem incursionem prohiberet. Interim varia in praedicta Erphordensium ciuitate visa praesentia, quae quid portendant, nouit is, qui omnia.

Diocesis Onabrugensi 16. Ianuarij perforibitur, eius vrbis Subdelegatos ha-
 licii ad Suecorum Reginam dimissos, potissimum verò Magistrum Iost Fuls, In-
 hinc ieros, ad Regis Sueciz Nòthum Gustauum Gustau literas misisse, in quibus
 it, lætaturque, eorum preces, auctoritatemque tantum apud Serenissimum
 nter Regem valuisse, vt eis pro conseruando in ea vrbe libero Augustanz Con-
 cernòtù exercitio, epistolam apud Cæsarem indulerit intercessionalem, petie-
 it, vt prædicta Onabrugensium ciuitas ac Diocesis in eum reducerentur sta-
 nis de qui tempore Episcopi Philippi Sigismundi fuit. Quocirca ACatholici Præ-
 & coptes tanto inibi perlusi sunt gaudio, vt in Ecclesijs B. Mariæ Virginis, & San-
 tharinz, &c. publicos Gratiarum sermones è cathedratum suggestibus ad-
 cesit, lum fecerint, hymnumque SS. Ambrosij & Augustini suauissimis sympho-
 hilum instrumentis & vocibus idcirco decantarint, cæteraque alia eius gene-
 Præm apud instituerint, sed attendant, ne post lætum hoc Celestias lamentabilis
 rum nodia subsequatur.

Bruxellis. 21. Ianuarij.

de serenissimum Sabaudiz Principem Thomam adhucdum in Italiam fore profe-
 aritum constans & vnanimis perhibet rumor, quandoquidem omnes affirmant,
 alit proximo tempore conuatis rebus, abhinc abiturum, idque per expressos
 ne allones ad Excellentissimum Marchionem de Leganes, in Italiam fuerit dela-
 ce. In hac prouincia magni ad bellum instituuntur adparatus, iunq; Ca-
 sa, pica Maiestatis classem, sub decimum vel undecimum imminentis mensis Fe-
 onarij diem in Hispanias renaturam.

Ex Diocesi Leodiensi, 21. Ianuarij.

odienses ad vrbis & patriæ suæ (vt aiunt) defensionem, magnum militum nu-
 totum conscribunt. Commendans suæ Gubernator Cassri de Huy, postquam
 m, iudijt, Consilium Bellicum in prædicta Leodiensium Ciuitate grauisssimam
 proutra se, aliosque Serenissimi Principis Electoris Colonienis Consiliarios, præ-
 que verò contra Generosum D. Baronem de VVerth, &c. Bannalis Excommuni-
 cationis pronunciaffe sententiam, idem Decretum in eiusmodi auctores velut in-
 somicos patriæ, & publicæ tranquillitatis perturbatores retorsit, declarando o-
 mes incurrere eandem pœnam, qui eos aut hospitio excipiant, aut vllum eis præ-
 ant auxiliũ, & reseruando sibi omnem legem talionis, quam Iura gentium sem-
 per æquisssimam esse existimarunt, admonendoque omnes patriæ suæ populares,
 canquam fideles & legitimi subditi, secum vnã sentiãt, & a pristino obsequio, ad-
 delitate nequaquam se seduci patiantur.

Ex Diocesi Monasteriensi, 22. Ianuarij.

De pace, & armorum inducijs ab vtraque parte pacificendis magna per vniuer-
 am Dioccesim Monasteriensem apud plerosque spes est. Interim meiuunt omnes,
 triusque partis militum frequentissimis excursionibus rusticorum casas maxi-
 no perè infestandas iri, qui propterea se cum maxima rerum familiarium suppel-
 lectile, relictis villis, & tugurijs ad tutiora loca receperunt.

Ant.

Antverpijs, 21. Ianuarij.

Ingens pecuniarum vis à Serenissimo Hispaniarum Rege Catholicis nostris assignata est, in usum belli à Serenissimo Principe Cardinale, &c. circa proximum veris tempus distribuenda.

Dunkerca scribitur, Catholicæ Majestatis classem maritimam pro in Hispanias reuecturam esse, ibidemque magnas equitum, peditum à prædicto Rege conferri, quæ proxima ætate, cum altera Catholica classe, iterum in Belgium forent transmittendæ.

Cæterum ex Flandria commeantes ad urbem nostram viatores nunciari in ea regione niuium esse abundantiam, quantam ab vlla hominum morisse meminerint.

Ex Brabantia, 23. Ianuarij.

Circa hoc tempus viginti octo milites Hispani in oppido Lyre prædandi causa excurrerunt, & in itinere totidem milites aduersarios Hollandos obuios habuerunt, cum quibus manus conferere cœperunt, quæ vtrimque pugna velitaria, tanta virtute cum eis rem gesserunt, ut cæcis, omnes in fugam dissiparint, & sclopetorum ictibus nonnulli reliquos captiuos interceperint, atque ex eorum numero octo libere cæteros ad Lyre urbem captiuos secum abduxerunt, qui magno pecuniarum, cæterorumque antea dimissorum liberationem redemerunt. In certamine, & à nostra parte generosus Vice Capitaneus primis ordinibus aduersarios fortiter depugnando occubuit, qui sua morte commilitonum desiderium mœroremque reliquit.

Ex Diœcesi Leodiensi nouissimè literis perscribitur, eius patriæ, vrbibus hætenus exortas necdum omnino seditas esse, spem tamen amantissimè D. Commendantem Castri de Huy, & prædictæ vrbis Magistratum in eorum positionis affulgere aiunt, quandoquidem vtriusque partis animi ad pacem proximè propensi esse ferantur, rumorque sit, ea repudiata, magnam subditis in Episcopatu fore subsecuturam calamitatem, quam Deus clementissimè re dignetur. Nam Nulla salus bello, Pacem Te poscimus omnes.

Ex Diœcesi Moguntinensi, 20. Ianuarij.

Noui hic nihil, quod Dominationi Vestræ hoc brumali tempore calidè communicem, aut perscribam, est ad manus, nisi quod ante paucos dies quidam Commissarius, qui tria Regimina siue legiones, sc. Horst, Falois, Macker quæsiuit, ex quibus duo vltima reformare, priorique adijcere, mandatis se habere affirmabat, ijs autem hæc in partibus inuentis, nuncio, quod haud procul à Francofartio ad Mœnum hyemarent, & ipse rulit, seruato verò actu reformationis, postmodum in VVestervaldibus VVitgenstein & Solms prædictas legiones hybernare voluit.

Vltimis ex Pomerania literis nunciatur, Cæsarianos in insulam VVollin iugasse, & Tribunum Galassum cum magno exercitu, & tormentorum rum haud spernendo ad paratam Stralfundiam versus proficisci.

F I N I S.